



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 169. Legatio Galliarum Regis ad Nicolaum Papam

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

nitate, pacisque amore longe celeberrimus; atque ideo benevola prorsus aure exceptit cunctas concordiae conditiones sibi a tanto Rege propositas, qui proprio suo commodo justitiam, ac Ecclesiae unionem longe praeferebat, nil nisi utriusque partis utilitatem cordi habuit.

Saecul. XV.  
A. C. 1448.

§. CLXIX.

*Legatio Regis Franciae ad Nicolaum Papam.*

Hac Legatione Romam decreta fungebantur Rhemensis Archiepiscopus, Elias de Pampadur, non ita pridem ad Episcopalem Alesiae Sedem euectus, Guido Bernardus Turonensis Archidiaconus, Corfellis Theologiae Doctor, Tannequillus de Castro & Jacobus a Corde (\*) supremus Fisci Regii Praefectus. Hos aliquot dierum itinere praevenerant Angliae Legati, qui interea summo Pontifici concordiae formulam Genevae conceptam exhibuere; hanc tamen Nicolaus rejecit, utpote conditionibus uni parti nimium onerosis, & alteri plus justo commo-

(\*) Idem a Matthæo de Coucy in sua historia Caroli VII. gallice conscripta pag. 691. appellatus Jacobus Cor. Argentier, seu pecuniae Regis pro domestica impensa administrator.

Sæcul. XV. commodis vitiata. Quocirca Angli  
 A.C. 1448. jam Roma ad sua revertebantur, ac Ora-  
 toribus Gallis, quos Viterbii obvios ha-  
 bebant, Pontificis animum aperientes si-  
 nistrum concordiae ab ipsis tentatae exi-  
 tum enarrabant: Verum Galli nihil pro-  
 pterea deterriti, iter suum strenue prose-  
 cuti sunt, Anglis adhucdum Viterbii hæ-  
 rentibus, qui tamen accepto reducendae  
 pacis nuntio Romam rediere, ceteris suam  
 quoque operam impensuri.

## §. CLXX.

*Articuli unionis ab Oratoribus  
propositi.*

*Conc. gener.  
 Labi e tom.  
 13. p. 1; 26.*

Regis Galliae Legati die duodecima Ju-  
 lii primo ad colloquium Nicolai Pa-  
 pae admissi, concordiae pactiones, quas  
 perferendas habebant, Pontifici exponunt,  
 hunc in modum conceptas. I. *Felix  
 det suas literas in bona & segura forma de  
 renuntiando Papatu.* II. *Habeantur lite-  
 rae Nicolai Papae, per quas omnes privati-  
 ones, suspensiones & pœnas contra Felicem,  
 contra Basileense Concilium ac eis adhæren-  
 tes fulminatas effectum sortiri non debere  
 decerneret.* III. *Habeantur literae Nicolai  
 in meliori forma, per quas omnes privati &  
 spoliati suis Ecclesiis, dignitatibus & pos-  
 sessionibus in pristinum, & in integrum re-  
 ducantur, & reponantur, & super hoc  
 habeant*